

---

---

## INSTITUTIONES PHILOSOPHICÆ.

---

taire,  
t, 1835.  
-deuxième  
rente-cinq,  
de Québec  
nerce sous  
idant en la  
Livre le  
“Institu-  
” au sujet  
e Proprié-  
, intitulé,  
S,  
du Banc  
le Québec.

1. **P**HILosophia, juxta vim nominis, est *amor seu studium sapientiæ*. Quoad objectum suum considerata, definiri potest : “collectio cognitionum quæ solâ “ratione, discursûs ope, comparari possunt ;” seu, ut alii volunt, “cognitio discursiva veritatum quæ solâ ratione “comparantur.”

2. Philosophia vulgo dividitur in Logicam, Metaphysicam, Ethicam seu Moralem, et Physicam. Logica tractat de operationibus mentis nostræ relativè ad veritatis inquisitionem, Metaphysica de entibus supra naturam corporream positis, Ethica seu Moralis de regulis morum, et Physica de corporibus (a).

Hæc divisio ità non est accurata, ut idem objectum solummodo pertineat ad unam partem, et non simul ad alteram. Sic, v. g. *cogitationes* pertinent ad Logicam quatenus sunt dirigibles ad veritatem invenièndam aut demonstrandam, et ad Metaphysicam quatenus sunt merè spirituales.

(a) La Physique sera l'objet d'un traité particulier qui sera rédigé en français.